BIBLIA LATINA

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sublimior inferno: et unde cognosces? Lon-
gior terra mensura eius et latior mari.
Si subverterit omnia, vel in unum coar-
taverit: quis contradicet ei? Vel quis ei
dicere potest cur ita facis? Ipse enim no- No.
vit hominum vanitatem: et videns
iniquitatem, nonne considerat? Vir vanus
in superbiam erigitur: et tamquam pullum
onagri se liberum natum putat. Tu
autem firmasti cor tuum: et expandisti
ad eum manus tuas. Si iniquitatem
que est in manu tua abstuleris a te: et
non permanserit in tabernaculo tuo in-
iusticia: tunc levare poteris faciem tuam
absque macula: et eris stabilis et non ti-
mebis. Miserie quoque oblivisceris:
et quasi aquarum que preterierunt non recor-
daberis. Et quasi meridianus fulgor consur-
get tibi ad vesperam: et cum te consump-
tum putaveris, orieris ut lucifer. Et ha-
bebis fiduciam, proposita tibi spe: Et de-
fossus securus dormies: requiesces et
non erit qui exterreat: et deprecabuntur
faciem tuam plurimi. Oculi autem
impiorum deficient: et effugium peribit
ab eis: et spes illorum abhominatio anime.
Respondens autem Capitulum .xii.
Iob dixit. Ergo vos estis soli
homines: et vobiscum morietur
sapientia? Et michi est cor sicut et
vobis: nec inferior vobis sum. Quis
enim hec que nostis ignorat? Qui
deridetur ab amico suo sicut ego: in-
vocabit deum, et exaudiet eum. De-
ridetur enim iusti simplicitas. Lam-
pas contempta apud cogitationes
divitum: parata ad tempus statutum. Ha- No.
bundant tabernacula predonum, et au-
dacter provocant deum: cum ipse dederit
omnia in manus eorum. Nimirum
interroga iumenta, et docebunt te: et vo-
latilia celi, et indicabunt tibi. Loquere
terre et respondebit tibi: et narrabunt pisces
maris. Quis ignorat quod omnia hec
manus domini fecerit? In cuius manu anima
omnis viventis: et spiritus universe carnis
hominis. Nonne auris verba diiu-
dicat: et fauces comedentis saporem?
In antiquis est sapientia: et in multo No.
tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia
et fortitudo: ipse habet consilium et intelli-
gentiam. Si destruxerit, nemo est qui edifi-
cet: si incluserit hominem, nullus est
qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia sic-
cabuntur: si emiserit eas, subvertent terram.
Apud ipsum est fortitudo et sapientia.
Ipse novit et decipientem et eum qui
decipitur. Adducit consiliarios in stul- No.
tum finem: et iudices in stuporem. Bal-
theum regum dissolvit: et precingit fu-
ne renes eorum. Ducit sacerdotes eorum
inglorios: et optimates supplantat.
Commutans labium veracium, et doc-
trinam senum auferens. Effundit despec-
tionem super principes: et eos qui oppressi
fuerant relevat. Qui revelat profunda
de tenebris: et producit in lucem umbram
mortis. Qui multiplicat gentes, et per-
dit eas: et subversas in integrum restituet.
Qui immutat cor principum populi terre: No.
et decipit eos ut frustra incedant per in-
vium. Palpabunt quasi in tenebris et non
in luce: et errare faciet eos quasi ebrios.
Ecce omnia vidit Capitulum .xiii.
oculus meus, et audivit au-
ris mea: et intellexi singula.
Secundum scientiam vestram et ego novi: nec in-
ferior vobis sum. Sed ad omnipotentem
loquar, et disputare cum deo cupio: prius
vos ostendens fabricatores mendacii,
et cultores perversorum dogmatum. Atque uti-
nam taceretis, ut putaremini sapi-
entes esse. Audite ergo correctiones meas:
et iudicium labiorum meorum attendite. Num-
quid deus indiget vestro mendacio, ut pro
illo loquamini dolos? Numquid faciem
eius accipitis, et pro deo iudicare niti-
mini? Aut placebit ei quem celare